



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

14 Jan. 19 Kal. Feb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

14 Jan. 19 Kal. Feb.

S. Felix , quem vinculis exemit
ac sex mensibus, cibo, & collo-
quiis , recreavit Angelus Dei : cu-
latenti, araneæ telas pro muro con-
tra persecutores texuerunt. Defen-
de me contra persecutores , in mor-
tis articulo animam meam, ad mor-
tem æternam, quæsituros : oppon-
te, cum Angelo tuo , murum pro
me: recrea me; ut in æternitate fe-
lici sim tecum æternum felix. A-
men.

JESU, fili Dei, & MARIAE Virgi-
nis , cuius nomini festum est hodie
destinatum; miserere mei æternum.

S. Pontiane M. per duodecim
dies ab Angelo pastore in carcere, cum
caneres: *In Domino confido: non ti-
mebo, quid faciat mihi homo.*

S. Malachia Propheta.

SS. triginta octo Martyres mo-
nachi.

SS. quadraginta tres Mart. mo-
nachi Ægyptii.

S. Dati Episc. qui dæmonem,
domum, in quâ eras, variis fera-
rum terriculamentis infestantem,
fugâsti.

B. Odorice, qui ante mortem

S
XIV JANUARII. 91

à Christo certior factus es , tua tibi
peccata esse dimisla. qui in morbo
S. Franciscum,in nube tibi præsen-
tem , vidisti, & seea , quæ optabas,
curaturum, promittentem audisti.

S. Hilari , qui Apræ filiæ tuæ
Cristi spousum pulcherrimum,
optimum , ditissimum , nobilissi-
mum , persuasisti ; & illam , mori
optantem , coram te orante , sine
dolore , morte suavissimâ deceden-
tem vidisti. Ad cuius sepulchrum
oblata à duobus ceræ massâ , mediâ
sui parte ultrò divisa est ; eō quod
duorum alter eam invitus offerret.
Fac ut ex corde amem , ex corde ser-
viam Deo meo.

S. Euphrasi Episc.

S. Juliane Saba , fidei mirabilis
propugnator.

S. Macrina , S. Basilii avia.

S. Joannes , & socii , in sanctâ
solitudine à barbaris cæsi Marty-
res.

OMNES SANCTI , &c.
pag. 44.

S. MARIA , quæ hodiè ab Odorico
tuo conspecta es ire , unâ cum Sanctis è
calo fœminis , ac Virginibus , ad pau-
perem Virginem , in agone jacentem;
E eidem ab illo Sacra menta ministra-
ri jussisti. Veni , visita me morientem ,
cum

92 ANNI CÆLESTIS

cum omnibus Sanctis tuis, & disponi
me id mortem sanctam!

S. MARIA, ad cujus aram, di-
num sacrificium celebrantis, S. The-
demarii caput vixum est coronâ au-
reâ, & cæstibus margaritis splen-
dâ, coronatum: cui de te, divini
mysteriis alias operanti, duo Angeli
ministrabant; quorum alter dixit E-
lizoni, ad ministerium illud invitans.
Ecce, cui tu servire contemnis
quomodo ei Angeli serviunt! Fal-
ut incruento illi sacrificio, eâ, quâ pâ
est, reverentiâ, me impendam, at
ad id adjutus!

S. MARIA, cuius hos dies festi
agitur thermis Himeræorum in Sici-
lia. cuius lampadis sabbatina oleo
unctus, anno 1553, puer duodecim
annos natus, unde quaque solidus,
lanus apparuit; cum prius ossa in pe-
dibus haberet mollia, carnis instar.
Imple cor meum oleo tuo, igne tuo
impetra mihi soliditatem in iis, qui
pertinent ad dirigendos pedes meos in
viam pacis æterna!

15 Jan. 18 Kal. Feb.

S. Paule, tot candidorum filiorum
Patriarcha; cui, quindecim tan-
tum annos nato, palma in eremo,
ad